dos et non recludet. quia perspi
cue inmunditia est. Sin autem ef
floruerit discurrens lepra in
cute et operuerit omnem carnem
a capite usque ad pedes quicquid
sub aspectum oculorum cadit.
considerabit eum sacerdos et te
neri lepra mundissima iudica
bit. eo quod omnis in candorem uer
sa sit. et idcirco homo mundus
erit. Quando uero caro uiuens
in eo apparuerit. tunc sacerdo
tis iudicio polluetur. et inter
inmundos reputabitur. Caro
enim uiua si lepra aspergatur
inmunda est. Quod si rursum
uersa fuerit in alborem et totum
hominem operuerit. considerabit
eum sacerdos et mundum esse
decernet. Caro et cutis in qua
ulcus natum est et sanatum et in
loco ulceris cicatrix apparu
erit alba siue subrufa. addu
cetur homo ad sacerdotem.
Qui cum uiderit locum lepre hu
miliorem carne reliqua et pilos
uersos in candorem. contami
nabit eum. Plaga enim lepre or
ta est in ulcere. Quod si pilus co
loris est pristini et cicatrix
subobscura et uicina carne non
est h[illegible]udet eum vii
diebus. et siquidem creuerit.
adiudicabit eum lepre. Sin autem

steterit in loco suo. ulceris
cicatrix est. et homo mundus erit.
Caro et cutis quam ignis exusse
rit et sanata albam siue rufam
habuerit cicatricem. conside
rabit eam sacerdos. Et ecce uer
sa est in alborem et locus eius
reliqua cute humilior. con
taminabit eum quia plaga le
pre in cicatrice orta est. Quod
si pilorum color non fuerit im
mutatus nec humilior pla
ga carne reliqua et ipsa le
pre species fuerit subobscu
ra. recludet eum septem diebus.
et die septimo contemplabitur.
Si creuerit in cute lepra.
contaminabit eum. Sin autem
in loco suo candor steterit
non satis clarus. plaga com
bustionis est et idcirco mun
dabitur. quia cicatrix est
combusture. Vir siue muli
er in cuius capite uel barba
germinauerit lepra. uide
bit eos sacerdos. et siquidem
humilior fuerit locus car
ne reliqua et capillus flauus
solitoque subtilior. contami
nabit eos quia lepra capi
tis ac barbe est. Sin autem ui
derit et locum macule co
[aequalem] uicine carni et
nigrum. recludet e[um]

3